



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniae, 1654**

S. Pelagius M. SS. Ioes & Paulus M. S. Anthelmus Eps. 26. Iun

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

S. Pelagius M. SS. Iohes & Paulus M.  
S. Anthelmus Eps. 26 Iun



*Cognitio sua*

Hæc est uera Hominis sapientia nos  
se se imperfectum esse. Hieron.

Deus qui nos concedis S. Pelagij M.  
tui, SS. Joannis & Pauli MM. S. Anthel-  
mi Epi.) natalitia colere, da nobis in  
æterna beatitudine de eius (eorum)  
Societate gaudere, Per D.N. N. Iesum  
Chr.

Ora pro Episcopis &

1. S. Pelagius M. adolescentulus  
Anno Domini 925. Cordubæ in His-  
pania ob confessionem fidei iussu Ab-  
daramenis saracenorum Regis forci-  
pibus ferreis membratim præcisus  
martyrium suum gloriose consum-  
mauit, eius sacrum corpus Ouetum.  
A. 1023. translatum est.

2. SS Ioannes & Paulus MM fra-  
tres Romæ, celebres sub Iuliano Apo-  
stata gladio Coronam Martyrij con-  
secuti sunt. Horum prior erat præpo-  
situs Domus, alter primocerus Con-  
stantiæ V. filia Constantini M. Imp.

3. S. Anselmus ex Carthusiano  
Ordine in Bellicensem Episcopum e-  
uectus est, quod splendorem generis  
sui secundum sæculum, magnopere  
nobilitate virtutum, quæ sunt genus  
Iustorum auxisset. Solemne ei erat sub  
missæ sacrificio lacrymis pijs perfun-  
di & extra id pauperum misereri.  
Obijt A. 1176.